

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Detractio r  
cum fonte primo

Non maledices surdo  
et cetera.

Surdo maledicere est absenti ac non audienti derogare.

Coram ceco offendiculum ponere  
est discretam quidem rem agere,  
sed tamen ei qui lumen discretionis non habet,  
scandali occasionem prebere.

Gregorius in pastorali.

Hinc est quod Moyses, cum diceret:

Non maledices surdo,

protinus adiunxit: *Nec coram caeco pones offendiculum.*

Surdo quippe maledicere, est absenti et non audienti derogare;  
coram caeco uero offendiculum ponere,  
est discretam quidem rem agere,  
sed tamen ei qui lumen discretionis non habet,  
scandali occasionem praebere.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.35  
(SC 382, F. Rommel ed., p.518, ll.92-98).